HOMILIARIUM, U.A. GREGORIUS MAGNUS

Entstehungsort unbestimmt, 1424

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053

Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

quod intelligi de humanitate ac di
uinitate utiliter possit Clamantem
enim cecum transiens audiuit sed stans
miraculum illuminacionis exhibuit
Transire namque humanitatis est sta
re diuinitatis quia per humanitatem nasci
habuit nasci crescere mori resurgere
de loco ad locum venire Quia ergo
in diuinitate mutabilitas non est
atque hoc ipsum mutari transire est
profecto iste transitus ex carne est
non ex diuinitate per diuinitatem vero
ei semper stare est quia ubique presens
nec per motum venit nec per motum re
cedit Cecum igitur clamantem do
minus transiens audiuit stans illumina
uit quia per humanitatem suam uo
cibus nostre cecitatis compatiendo
misertus est sed lumen nobis gratie
per diuinitatis potenciam infudit
Et Mondum ceco venienti quid
dicat Quid tibi vis faciam Nunquid
qui lumen reddere poterat
quid vellet cecus ignorabat Sed
peti vult hoc quod et nos petere et se
cognoscit concedere prenoscat Impor
tune namque nos ad oracionem mo
net et tamen dicit Scit namque
pater vester quid opus sit vobis antequam
petatis eum Ad hoc ergo requirit ut
petatur Ad hoc requirit ut cor ad
oracionem excitet Unde et cecus pro
tinus adiungit Domine ut videam
Ecce cecus a domino non aurum
sed lumen querit paruipendit ex
tra lucem aliquid querere quia etsi
si habere cecus quelibet potest sine luce
non potest videre quod habet Imitem
ergo fratres karissimi eum quem et corpore
audiuimus et mente saluatum Non
falsas diuicias non terrena dona
et fugitiuos honores a domino sed
lucem queramus Nec lucem

que celo clauditur que tempore finitur
que noctium interrupcione variatur
que a nobis communiter cum pecoribus cer
nitur sed lucem queramus quam vi
dere cum solis angelis possimus quam
nec inicium inchoat nec finis an
gustat ad quam profecto lucem via
fides est que profecto lux fides
est Unde recte et illuminando ceco
redditur Respice fides tua te sal
uum fecit Sed ad hoc cogitacio carna
lis dicit Quomodo possum lucem spiritua
lem querere quam videre non possum
Unde mihi certum est si sit que
corporeis oculis non infulget
Cui scilicet cogitacioni est quod breuiter
quisque respondeat quia hec que
sentit non per corpus sed per animam co
gitat Et nemo suam animam vi
det nec tamen se dubitat animam habere
quam non videt Ex invisibili namque
anima visibile regitur corpus Si
aufferatur quod est invisibile protinus
corruit hoc quod visibile stare vi
debatur Ex invisibili ergo substancia in
hac vita visibili viuitur et esse
vita invisibilis dubitatur Sed iam
petenti ceco quid factum est vel quid
ipse fecit audiamus Sequitur Confes
tim vidit et sequebatur eum Videt
et sequitur qui bonum quod intelli
git operatur Videt autem sed neque
sequitur qui bonum quidem intelligit
sed bona operari contempnit Si ergo
iam fratres karissimi cecitatem nostre pere
grinacionis agnoscimus Si credendo
in redemptoris nostri misterium iuxta
viam sedemus si exorando cottidie
ab auctore nostro lucem petimus
si eandem lucem iam per intellectum
videndo illuminati post cecitatem sumus